

III Le conflit interne de la dialectique

33-8

1. Être & non-être
2. Spéc. & prat.; art & science.
3. Un & multiple; tend vers l'un par l'autre.
4. Tend vers réel à travers être de raison.
5. Vers certitude à partir de principes incertains.
6. Conflit entre forme et matière de l'arg. dial.
7. { Tend vers la res, comme en sc. expér.^t. (aussi en traité de phil.)
Tend vers la science in intellectu.

N. A cause de cette division { $\begin{matrix} \text{O mesure} \neq \text{Intell. mesurée} \\ \text{Intell. mesure} \neq \text{O mesurée} \end{matrix} \right\}$ elle mesure pour être mesurée & se laisse mesurer pour mesurer.
la dial. tend rect^t à sortir d'elle - m. en des directions contraires:
à ea nat. d'intell. et

Sc. Ont.  Res obscure à maîtriser

de là, sc. expér. qui sont tournées vers "res", expér.
{ Mathém. se détournant de l'expér. pour s'élever au-dessus: tend vers la démonstration (grâce aux hypoth. nouv.); acquies: la conn. des implications: conscience d'elle-même. (Russel, M. Phil. chap. I, p. 1)

Par là explic. du { mathématicisme platonicien: tournée vers intell., dit. de l'expér.
matér. dial.: tend exclus^t vers expér. obscure à rendre intelligible par pratique, mais pour pratique.

① Aligua scia { spec. tt
 { sec. quid spec.
 { " " practica
 { pract. tt

② Aligua scia spec. circa exercitia:

- ex obj.: i.e. objectum non operabile: spec. tt.
- ex modo: sed practica ex obj.: { sec. quid spec.
 { " " practica
- ex fine: circa operabile: { sec. quid spec.: finis speculatio
 { sec. quid practica: obj. operabile

Ergo, scia practica tt = scia practica: { ex obj.
 { ex modo
 { fine

Hic sent: "Secundum hoc ergo."

③ Operabile est aliquid per applicationem formae ad materiam:

{ Donc composition
 { Donc minus abstract (i.e. repert): Cg. III 75 → non abstract ab exercitio vivendi.
 { Donc minus universel: Cg. 97. { vel ex hypoth.
 { { univ. hypoth. nec.,
 { et absolute
 { vel contingent prop. } i.e. la chose circa quam.

Diff.: dicitur alior nec., necummodo dicitur practica.

Rep.: Nunc ne le regardons pas comme operable, mais operabilite, i.e. comme pouvant être atteint par activite pratique. et finis:

hic distinction entre finis in { immobilibus
 { mobilibus.

Diff.: dicitur saine: donec non practica. Rep.: Plena de dicitur sicut immediat et nec la com. de soi-même.

④ "Intellectus speculativus extensione fit practicus".

Comment la speculation diffère-t-elle de la praxis? cf. JSTh., C. Th. I, 395a.

La spec. → obj. comme tel, i.e., sec. qd cognoscitur et in cognoscere, hic secundum intellectum.

La praxis: formellement se dit de l'actus practico, i.e. dirigens et causans opus: ainsi la praxis appartient formellement à l'intelligence.

Objection: l'objet auquel tend l'actus practico: ce est obj., sous ce rapport, et ex chose en dehors de la connaissance. C'est pourquoi l'on dit "practicum dicitur ab opere exteriori", au dit du m. ordre à ex et sous exteriori.

Donc, la praxis présuppose la spéculatif: on ne peut diriger, régler, exécuter une œuvre sans en connaître d'abord la nature: quid domus: com. spec. d'une chose opérable

Comment faire: com. pract. d'une chose pratique.

Donc, la rectitude pratique présuppose rectitude spec.

⑤ Le pratique ordonné au spéculatif. Cg. III 25

Vin Borg. "ratio" 32-36

1.

L'universel peut avoir deux sortes de totalités:

1. La totalité du tout définissable. Cette totalité est fondée sur ce qui est actuellement inclus dans cette totalité. Ainsi, dans animal, actuellement "corpus" et "sensitive"; dans homme "animal" et "raisonnable".

Et ce tout définissable peut être connu de deux manières:

(a) confusément: quand on connaît animal sans connaître distinctement les parties qui le composent (corpus, sensitive).

(b) distinctement: quand on connaît animal en tant que "corpus sensitive".

cf. I^{er} Phyp., lect. 1, n. 10, § 1.

Cette totalité regarde les supérieurs: homme → { animal
raisonnable

cf. ibid. § 2.

La connaissance de cette totalité est naturellement antérieure.

2. La totalité du tout universel: celle-ci est fondée sur ce qui virtuellement inclus dans l'universel: ce qui s'y trouve en puissance comme parties subjectives, i.e. soumises: comme brute et homme, sujet d'animal.

Le tout universel peut être connu de deux manières:


(a) confusément: quand on connaît animal, sans connaître distinctement les espèces;

(b) distinctement: quand on connaît distinctement les espèces: homme et brute.

Cette totalité regarde les inférieurs.

La conn. de cette total. est postérieure à la conn. du tout définissable.

Il y a cette division : connaissance :



(a) Les deux ^{premières} i.e. confuses act. & virt., diffèrent :

1° En ce que la confuse actuelle ne peut comporter une conn. distincte du m^e objet. P. ex., on ne peut conn. animal, quand à ce qui est actuellement inclus en lui, et confusément et distinctement : i.e. quand au nom est, quand on conn. définition.

La confuse virtuelle, au contraire, peut comporter conn. distincte du même objet, ^{en tant que tout définissable.} Je puis savoir ce que c'est qu'animal (corpus sensitivum), sans savoir le conn. dans ses espèces.

2° L'actuelle est antérieure.
(b) Les distinctes act. & virt. diffèrent :

1° La dist. act. peut comporter du m^e objet une conn. confuse virtuelle.

distincte

2° La dist. virtuelle suppose la distincte actuelle, et non e converso.

L'abstraction est de deux sortes. L'une positive, l'autre négative. L'abstraction positive a pour terme ~~quelque chose~~ un concept par lui-même complet.

Cette abstraction est de deux sortes, selon les deux sortes de composition :

- la composition de la matière et de la forme : comme dans une statue, dans ~~le corps~~ le corps physique, etc. L'abstraction est dite formelle quand nous pouvons séparer la forme de la matière de telle sorte que la forme ^{est} abstraction est dite formelle quand les deux termes sont séparables de telle sorte que l'un et l'autre constituent un concept par lui-même complet chacun son concept, par lui-même complet. C'est ainsi que nous pouvons séparer ligne et sensible. En effet, ligne n'est pas de la raison de sensible, ni sensible de la raison de ligne.

- la composition du tout avec ses parties subjectives. L'abstraction est dite totale quand nous faisons abstraction des parties objectives : p. ex. animal abstrait de l'homme et de bêtes. Dans cette abstraction, les ~~deux~~ termes ne constituent pas par eux-mêmes des concepts complets. Par exemple, animal est un concept complet, mais "homme" n'est pas concevable sans "animal". Animal retient quelque chose de l'inférieur ; et il laisse quelque chose de la raison de l'inférieur ; homme, par contre, est inséparable de son supérieur, animal.

En plus de cette différence, il en est trois autres.

- 1^a Dans l'abstraction formelle, l'abstrait est plus actuel, distinct, et intelligible, que dans l'union à la matière. Ainsi, la ligne abstraite est plus déterminée et plus intelligible que la ligne physique.

. Dans l'abstraction totale, au contraire, l'abstrait est plus subtil et confus,
et moins intelligible. Ici, animal, moins intelligible qu'homme.
Ame \rightarrow minima intelligibilia.

2^o Form.: plus une chose est abstraite, plus elle est en elle-même intelligible.
Car, éloignement de l'inintelligible. C'est par là qu'elle est
primelle.

Tot.: plus une chose est abstraite, plus elle est connaissable pour
nous. Elle fait abstraction des déterminations des espèces,
des actualités spécifiques. L'acte est plus intelligible que le possible.

3^o Form.: selon elles se distinguent les sciences.

Totale: commune. Par fond. de diff. scie, une seule science,
ou, autant de sciences que d'espèces.

Ici, ~~de~~ le sujet de la phil. de la nature par le
supérieur de l'être. Cf. Object. p. 7.

L'abstraction négative n'aboutit pas à un concept par lui-même
complet. P. ex. le concept de colère, signifie par la seule forme,
l'effluve "appétit de vengeance". Et m^o, le premier comme,
comme nous verrons.

Art. II. De universi nostri formabilitate.

Postquam consideravimus mundum secundum statum motus in genere, quatenus scilicet motus est ex fine (homine) a materia inorganica ad hominem; et ab intellectu in potentia ad intellectum in actu quo conjungitur homo rerum primo principio, nunc ostendendum est quod mundus iste ulterius considerandus est secundum quod diversimodo fieri potest et quantum ad finem et quantum ad media perveniendi ad finem.

1^o- Quantum ad finem. Ex supradictis patet totum esse et operationem inferioris naturae ad animam humanam terminari sicut ad finem. Et hoc habemus demonstrative, quia anima rationalis est de ratione boni universi sicut principium. Unde naturae inferiores intendunt speciem humanam sicut finem.

Species autem humana, quamvis secundum se omnino determinata sit quantum ad ea quae consequuntur formam absolute et definitionem, seu accidentia speciei quorum causas reducuntur in causam finalem, sicut secundum rationem finis oritur una potentia animae ex alia per comparisonem ad objecta; non autem secundum se determinata est omnino quantum ad ea quae reducuntur non in causam finalem, sed in efficientem vel materialem, et quae dicuntur accidentia individui, ut nasus Socratis vel statura ejus. Accidentia individui quantum speciei accidentibus opponuntur, iterum secundum aliquam communitatem considerari possunt, ut quae alicui familiae propria sunt, vel patriae, vel quibusdam populis, ut nigredo africanis. Talia vero accidentia toti humano generi condito propria esse possunt. Nam totum genus humanum quantum est de se, sive quantum ad corpus sive quantum ad intellectum, magis vel minus robustum fieri potest. Sub quo respectu totum genus humanum est quoddam singulare respectu speciei.

Istae vero diversitates quatenus ex ipsa speciei natura non proflunt non sunt de intentione naturae secundum se consideratae: "singularia namque non sunt de perfectione naturae propter se, sed propter aliud; scilicet ut in eis salventur species quas natura intendit. Natura enim intendit generare hominem, non hunc hominem; nisi in quantum homo non potest esse, nisi sit hic homo." (Q. D. de Anima, a. 18., c.)

Quae autem per accidens se habent ad intentionem naturae absolute et secundum se consideratae, non sunt per accidens quantum ad intentionem causae universalis attinet, seu divini artificis quae in singularibus consummatur. Et sic quamvis natura secundum se non intendat Aristotelem vel Divum Thomam nisi per accidens, non sunt tamen simpliciter per accidens intenti. Unde intentio divini artificis excedit intentionem naturae quantum ad hoc, ita ut natura materialiter se habeat quantum ad illam intentionem; et finis naturae secundum se, quasi materialiter ad finem Sapientiae quae "attingit a fini usque ad finem, et omnia disponit suaviter." Et isti fines differunt sicut "homo" et "numerus electorum." Nam natura secundum se non intendit numerum electorum qui est certissimus ex determinatis individuis compositus.

Est autem considerandum quod finis est causa causarum, et quo magis finis ultimus est, eo magis prior causa est. Res autem maxime agunt propter finem a Deo intentum. Nihil autem agit propter finem nisi quatenus ordinem dicit in finem, et proportionem quamdam qua inclinatur in finem. Unde inclinatio rerum in finem dupliciter considerari potest sicut et ipse finis: inclinatio scilicet naturae secundum se seu quae est de ratione naturae, ut rerum naturalium in animam humanam; et inclinatio rerum in finem a Deo intentum ut numerum electorum. Et relate ad istam inclinationem prima materialiter se habet et quasi informis. Ex quo tamen deduci non potest rebus singularibus duplicem inesse naturam absolute ut manifestum erit ex infra dicendis.

2^o- Quantum ad media. Omnia infra hominem existentia in ipsum ordinantur quasi media in finem. At non solum ipse homo secundum genus sed etiam media ista possent esse diversa. Potuisset enim Deus aliter corpora disponere coelestia, aliasque planetas facere, et alium locum homini assignare, et diversa montes et colles, mares et fluvia aquarum condere, necnon species naturales.

Et dico species naturales, non eas quae proprie et secundum intrinseca definibiles sunt, ut corpus, planta, brutum, et homo, sed dico species plantarum et brutorum quae propter defectum a definibilitate recedunt, sicut et substantiae separatae propter excessum. (Q. D., de Anima, a. 7; Meteor. IV., c. 12) Species enim naturales habent infinitatem in potentia, ita ut inter quaslibet duas species, aliae in infinitum inveniri possent, de quo late dictum est in notulis quae habent titulum "Utrum necessarium ex fine sit solum in rebus generabilibus et corruptibilibus," et hic legendae sunt.

Et ideo universus noster propriissime excogitandus est quatenus taxandus non solum quantum ad numerum et esse specierum, sed etiam quantum ad species secundum formam formaliter et formandas et individua excogitanda, ut decretum tangat non tantum existentiam sed et ipsam essentiam prius tantum formabilem.

Et in his omnibus consistit nostri universi formabilitas naturalis, ut quantum ad hoc sit quasi materia passiva respectu taxationis ab arte divina efficiendae. Et notanter dicitur naturalis, quatenus res naturales etiam secundum substantiam naturalem ab arte divina taxari petunt; angeli vero secundum species tantum intelligibiles. Ex quo sequitur quod res naturales effici possunt non solum ad propriam formam exemplarem a Deo excogitatam; sed etiam ipsa forma exemplaris, et per consequens ipsa res cujus est exemplar, potest formari ad aliam formam exemplarem et rem a Deo quasi exemplaris exemplar determinatas.

Hac igitur distinctione facta inter mundum nostrum in genere consideratum ubi jam adest quaedam generalis formabilitas quatenus quilibet mobilium universus per motum formam fluentem ad finem pervenit; et mundum quantum ad formabilitatem secundum praedicta specifica et individualia, nunc aliquam interpretationem propono rationum seminalium doctrinae, in qua doctrina secundum recentiores multa inveniuntur obscura et contradictoria.

.....

Art. III. De rationibus seminalibus.

"Cum factus est dies, fecit Deus coelum et terram, et omne viride agri: ut istum diem et septies intelligas repetitum, ut fierent septem dies; et cum audis tunc facta omnia, cum factus est dies, illam senariam vel septenariam repetitionem sine intervallis morarum spatiorumque temporalium factam, si possis, apprehendes; si autem nondum possis, haec relinquantur conspicienda valentibus."

(S. Aug., De Genesi ad litteram, Lib. V.c.3,n.6)

De hac quaestione S. Augustinus in commentario suo "De Genesi ad litteram libri duodecim;" et D. Thomas, praesertim Q. D. de Potentia, q. IV.

A.- Hic de materia informi legenda sunt:

1^o "Omnis divina Scriptura bipertita est, secundum id quod Dominus significavit, dicens, scribam crudum in regno Dei similem esse patri-familias proferenti de thesauro suo nova et vetera, quae duo etiam Testamenta dicuntur. In libris autem omnibus sanctis intueri oportet, quae ibi aeterna intimentur, quae facta narrentur, quae futura praenuntiantur, quae agenda praecipiantur vel moneantur. In narratione ergo rerum factarum quaeritur utrum omnia secundum figuratum tantummodo intellectum accipiantur, an etiam secundum fidem rerum gestarum asserenda et defendenda sint. Nam non esse accipienda figuratim, nullus Christianus dicere audebit, attendens Apostolum dicentem: Omnia autem haec in figura contingebant illis: et illud quod in Genesi scriptum est: Et erunt duo in carne una magnum sacramentum commendantem in Christo et in Ecclesia.

Si ergo utroque modo illa Scriptura scrutanda est, quaeramus quomodo dictum est praeter allegoricam significationem "In principio fecit Deus coelum et terram:" utrum in principio temporis: an quia primo omnium facta sint: an in principio, quod est Verbum Dei unigenitus Filius. Et quomodo possit ostendi Deum sine ulla sui commutatione operari mutabilia et temporalia. Et quid significetur nomine coeli et terrae, utrum spiritalis corporalisque creatura coeli et terrae vocabulum acceperit, an tantummodo corporalis: ut in hoc libro de spiritali tacuisse intelligatur, atque ita dixisse coelum et terram, ut omnem creaturam corpoream superiorem atque inferiorem significare voluerit. An utriusque informis materia dicta est coelum et terra: spiritalis videlicet vita, sicuti esse potest in se, non conversa ad Creatorem; tali enim conversione formatur atque perficitur; si autem non convertatur, informis est: corporalis autem si possit intelligi per privationem omnis corporeae qualitatis, quae apparet in materia formata, cum jam sunt species corporum, sive visu, sive alio quolibet sensu corporis perceptibiles.

An coelum intelligendum est creatura spiritalis ab exordio, quo facta est, perfecta illa et beata semper: terra vero, corporalis materies adhuc imperfecta; quia "Terra, inquit, erat invisibilis et incompressa, et tenebrae erant super abyssum"; quibus verbis videtur informitatem significare substantiae corporalis. An utriusque informitas his etiam posterioribus verbis significatur: corporalis quidem eo quod dictum est: "Terra erat invisibilis et incompressa": spiritalis autem eo quod dictum est: "Tenebrae erant super abyssum"; ut translato verbo tenebrosam abyssum intelligamus naturam vitae informem, nisi convertatur ad Creatorem: quo solo modo formari potest, ut non sit abyssus; et illuminari, ut non sit tenebrosa Et quomodo dictum est: "Tenebrae erant super abyssum"; an quia non erat lux: quae si esset, uti-

quo superosset, et tanquam superfunderetur : quod tunc fit in creatura spiritali, cum convertitur ad incommutabile atque incorporale lumen, quod Deus est." (Lib. I., c. 1.)

20 " An cum primum fiebat informitas materiae sive spiritalis sive corporalis, non erat dicendum : " Dixit Deus, Fiat "; quia formam Verbi semper Patri cohaerentis, quo sempiternae dicit Deus omnia sono vocis neque cogitatione tempora sonorum volvente, sed coaeterna sibi luce a se genitae Sapientiae, non imitatur imperfectio, cum dissimilis ab eo quod summe ac primitus est, informitate quadam tendit ad nihilum ; sed tunc imitetur Verbi formam, semper atque incommutabiliter Patri cohaerentem, cum et ipsa pro sui generis conversione ad id quod vere ac semper est, id est ad creatorem suae substantiae, formam capit, et fit perfecta creatura : ut in eo quod Scriptura narrat " Dixit Deus, Fiat ", intelligamus Dei dictum incorporeum in natura Verbi ejus coaeterni revocantis ad se imperfectionem creaturae, ut non sit informis, sed formatur secundum singula, quae per ordinem exsoquitur. In qua conversione et formatione, quia pro suo modo imitatur Deum Verbum, hoc est Dei Filium semper Patri cohaerentem, plena similitudine et essentia pari, qua ipso et Pater unum sunt; non autem imitatur hanc Verbi formam, si aversa a Creatore, informis et imperfecta remaneat; propterea Filii commemoratio non ita fit quia Verbum, sed tantum quia principium est, cum dicitur " In principio fecit Deus coelum et terram "; exordium quippe creaturae insinuat adhuc in informitate imperfectionis : Fit autem Filii commemoratio, quod etiam Verbum est, eo quod scriptum est " Dixit Deus, Fiat "; ut per id quod principium est, insinuet exordium creaturae existentis ab illo adhuc imperfectae; per id autem quod Verbum est, insinuet perfectionem creaturae revocatae ad eum, ut formaretur inhaerendo Creatori, et pro suo genere imitando formam sempiternae atque incommutabiliter inhaerentem Patri; a quo statim hoc est quod ille." (Ibid., c. 4.)

Circa hos textus notandum est quod materia dicitur de corporalibus et de spiritualibus propter informatam et formabilitatem. Et sic etiam natura angelica dupliciter formabilis dici potest et materia : primo quantum ad species intelligibiles connaturales quae non sunt propria ejus et naturae debita, ut supra dictum est; secundo quantum ad gratiam; et hoc iterum dupliciter : primo quantum ad gratiam principium merendi; secundo quantum ad gratiam principium fruendi. Et his omnibus inest ratio formabilitatis et taxibilitatis, unde rationabiliter dicuntur materia informis.

In capitulo vero sequenti (c.5) dicit Augustinus quod creatura spiritalis " potest habere informem vitam: quia non sicut hoc est ei esse quod vivere, ita hoc vivere quod sapienter ac beate vivere. Aversa enim a Sapientia incommutabili, stulte ac misere vivit, quae informitas ejus est. Formatur autem conversa ad incommutabile lumen Sapientiae, Verbum Dei." In hoc ergo textu, informitas sumitur angustiori sensu pro vita misera et stulta a Sapientia aversa. Formabilitas vero de qua nunc loquimur est potius illa quae praecedit sapientiam et stultitiam quatenus ab illa et ab ista formabilis.

30 " Non quia informis materia formatis rebus tempore prior est, cum sit utrumque simul concreatum, et unde factum est, et quod factum est. Sicut enim vox materia est verborum, verba vero formatam vocem indicant; non autem qui loquitur, prius emittit informem vocem, quam possit postea colligere, atque in verba formare; ita creator Deus non priore tem-

pore fecit informem materiam, et eam postea per ordinem quarumque naturarum, quasi secunda consideratione formavit : formatam quippe creavit materiam. Sed quia illud unde fit aliquid, et si non tempore, tamen quadam origine prius est, quam illud quod inde fit; potuit dividere Scriptura loquendi temporibus, quod Deus faciendi temporibus non divisit. Si enim quaeratur, utrum vocem de verbis, an de voce verba faciamus, non facile quisquam ita tardo ingenio reperitur, qui non potius verba fieri de voce respondeat : ita quamvis utrumque simul qui loquitur faciat, quid inde faciat naturali adventione satis apparet. Quamobrem cum simul utrumque Deus fecerit, et materiam quam formavit, et res in quas eam formavit, et utrumque ab Scriptura dici oportuerit, nec simul utrumque dici potuerit, prius illud unde aliquid factum est, quam illud quod inde factum est, dici debuisse quis dubitet ? Quia etiam cum dicimus materiam et formam, utrumque simul esse intelligimus, nec utrumque simul possumus enuntiare. Sicut autem in brevitate temporis contingit, cum duo ista verba proferimus : ita in prolixitate narrationis alterum prius quam alterum narrandum fuit, quamvis utrumque, ut dictum est, simul fecerit Deus; ut quod sola origine prius est in faciendo, otiam tempore prius sit in narrando : quia duae res, quarum etiam altera nullo modo prior est, nominari simul non possunt; quanto minus simul narrari ? Non itaque dubitandum est, ita osse utcumque istam informem materiam prope nihil, ut non sit facta nisi a Deo, et rebus quae de illa factae sunt simul concreata sit.

Sed si credibiliter dicitur, eam significari illis verbis. " Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebrae erant super abyssum: et Spiritus Dei superferabatur super aquam; ut excepto quod ibi positum est, de Spiritu Dei, cetera rerum quidem visibilium vocabula, sed ad illam informitatem, ut tardioribus poterat, insinuandam dicta intelligamus : quia haec duo elementa, id est terra et aqua, ad aliquid faciendum operantium manibus tractabiliora sunt ceteris, et ideo congruentius istis nominibus illa insinuabatur informitas." (ibid., c.15.)

Ex quibus patet informitatem illam materiae non praecedere formam secundum tempus, sed secundum originem.

B.- De hoc quod Deus omnia simul creavit, legenda:

- 40 " Nos autem, quorum gressus, ne il illam perversitatem incidamus, eadem divina providentia per sanctam Scripturam regit, ex ipsis quoque operibus Dei eodem adjuvante indagare conemur ubi haec simul creaverit, cum a consummatis suis operibus requievit, quorum species per ordinem temporum usque nunc operatur. Consideremus ergo cujuslibet arboris pulchritudinem in robore, ramis, frondibus, pomis : haec specios non utique repente tanta ac talis est exorta, sed quo etiam ordine novimus. Surrexit enim a radice, quam terrae primum germen infixit; atque inde omnia illa formata et distincta creverunt. Porro illud germen ex semine : in semine ergo illa omnia fuerunt primitus, non mole corporeae magnitudinis, sed vi potentiaque causali. Nam illa magnitudo, copia terrae humoris-que congesta est. Sed illa in exiguo grano mirabilior praestantiorque vis est, qua valuit adjacens humor commixtus terrae tam quam materies verti in ligni illius qualitatem, in ramorum diffusionem, in foliorum viriditatem, ac figuram, in fructuum formas et corpulentiam, omniumque ordinatissimam distinctionem. Quid enim ex arbore illa surgit aut pendet, quod non ex quodam occulto thesauro seminis illius extractum atque depromptum est ? At illud semen ex arbore, licet non illa sed altera, atque illa rursus ex altero semine. Aliquando autem et arbor ex arbore,

cum surculus demitur atque plantatur. Ergo et semen ex arbore, et arbor ex semine, et arbor ex arbore. Semen autem ex semine nullo modo, nisi arbor interveniat prius. Arbor vero ex arbore, etiamsi semen non interveniat. Alternis igitur successionebus alterum ex altero, sed utrumque ex terra, nec ex ipsis terra : prior igitur eorum parens terra. Sic et animalia, potest incertum esse, utrum ex ipsis semina, an ipsa ex seminibus : quodlibet tamen horum prius, ex terra esse certissimum est.

Sicut autem in ipso grano invisibiliter erant omnia simul, quae per tempora in arborem surgerent : ita ipse mundus cogitandus est, cum Deus simul omnia creavit, habuisse simul omnia quae in illo et cum illo facta sunt, quando factus est dies; non solum coelum cum sole et luna et sideribus, quorum species manet motu rotabili, et terram et abyssos, quae velut inconstantes motus patiuntur, atque inferius adjuncta partem alteram mundo conferunt; sed etiam illa quae aqua et terra produxit potentialiter atque causaliter, priusquam per temporum moras ita exorirentur, quomodo nobis jam nota sunt in eis operibus, quae Deus usque nunc operatur.

Quae cum ita sint, " Hic est liber creaturae coeli et terrae; cum factus est dies, fecit Deus coelum et terram, et omne viride agri antequam esset super terram, et omne foenum agri antequam exortum est : " non sic quomodo facit opere, quo nunc usque operatur per pluviam et hominum agriculturam; ad hoc enim adjunctum est, " Non enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui operaretur terram " : sed illo modo quo creavit omnia simul, senarioque dierum numero consummavit, cum diem quem fecit, eis quae fecit, sexies praesentavit, non alternante spatio temporaliter, sed ordinata cognitione causaliter. A quibus operibus in die septimo requievit, etiam suam requiem ejusdem diei notitiae gaudioque praebere dignatus : et ideo non cum in quolibet opere suo, sed in sua requie benedixit et sanctificavit. Unde nullam ulterius creaturam instituens, sed ea quae omnia simul fecit administratorio actu gubernans et movens, sine cessatione operatur, simul et requiescens, et operans, sicut jam ista tractata sunt. Quorum operum ejus quae usque nunc operatur, per volumina temporum explicandorum, velut exordium narrandi summons, ait Scriptura, " Fons autem adscendebat de terra, et irrigabat omnem faciem terrae. " De quo fonte quia diximus quod dicendum putavimus, ea quae sequuntur ab alio considereamus exordio." (Lib. V. c. 23.)

C.- De productione causali et rationibus seminalibus:

50 " Quid sibi ergo vult etiam quod sequitur: nam ita sermo contextitur, " Cum factus est dies, fecit Deus coelum et terram, et omne viride agri, antequam esset super terram, et omne foenum agri, antequam exortum est. " Quid est hoc ? Nonne quaerendum est ubi ea fecerit, antequam essent super terram, et antequam exorta sunt ? Quis enim non proclivius crederet, tunc ea Deum fecisse, cum exorta sunt, non antequam exorta sunt, nisi admoneretur hoc divino eloquio, ista Deum fecisse antequam exorirentur, ut si ubi facta sint, invenire non possit, credat tamen ante facta quam exorta, quisquis huic Scripturae pie credit; impie quippe non credit.

Quid ergo dicimus ? An quod nonnulli putaverunt, in ipso Verbo Dei facta omnia, antequam exorirentur in terra ? Sed si hoc modo facta sunt, non factus dies, sed antequam fieret dies, facta sunt : aperte autem Scriptura dicit, " Cum factus est dies, fecit Deus coelum et terram, et omne viride agri antequam esset super terram, et omne foenum antequam exoriretur. " Si ergo cum factus est dies, non utique antequam fieret dies : ac per hoc non in Verbo, quod Patri coaeternum est antequam dies,

antequam omnino aliquid fioret; sed cum factus est dies. Nam illa quae in Verbo Dei ante omnem creaturam sunt, non utique, facta sunt : haec autem facta sunt, cum factus est dies, sicut Scripturae verba declarant: sed tamen antequam essent super terram, antequam exorirentur, quod de viridibus ex foeno agri dictum est.

Ubi ergo ? An in ipsa terra causaliter et rationaliter; sicut in seminibus jam sunt omnia, antequam evolvant quodammodo, atque explicent incrementa et species suas per numeros temporum ? Sed ista semina, quae videmus, jam super terram sunt, jam exhorta sunt; an non orant super terram, sed infra terram; et ideo antequam exorta sunt, cum semina gorminarunt, et accessu incrementorum in auras eruperunt, quod per moras temporum nunc fiori videmus suo cuique generi distributas ? Num ergo semina tunc facta sunt, cum factus est dies, et in ipsis erat omne viride agri, et omne foenum, nondum ea specie qua sunt super terram jam exorta, sed ea vi qua sunt in rationibus seminum ? Semina ergo primum terra produxit ? Sed non ita Scriptura loquebatur, cum diceret, " Et produxit terra herbam pabuli, vel herbam foeni seminantem semen secundum genus, et secundum similitudinem; et lignum fructuosum faciens fructum, cujus semen suum in se secundum genus super terram." His enim verbis magis apparet, semina esse orta ex herbis et lignis; non autem illa ex seminibus, sed ex terra : praesertim quia et ipsa verba Dei sic se habent. Non enim ait, Germinet semina in terra herbam foeni, et lignum fructuosum; sed ait, " Germinet terra herbam foeni seminantem semen "; ut semen ex herba, non herbam insinuaret ex semine. " Et sic est factum, et produxit terra "; id est, prius sic est factum in cognitione illius diei, et produxit terra jam, ut hoc fieret etiam in ipsa creatura, quae condita est.

Quomodo ergo antequam essent super terram, et antequam exorirentur; quasi aliud eis fuerit fieri cum coelo et terra, quando factus est dies ille inusitatus atque incognitus nobis, quem primum Deus fecit; aliud autem exoriri super terram quod non fit nisi per hos dies, quos circuitus solis facit per temporum moras suo cuique generi accommodatas ? Quod si ita est, diesque ille societas atque unitas super coelestium Angelorum atque Virtutum est; procul dubio longe aliter nota est Angelis creatura Dei, aliter nobis: excepto quod eam in Verbo Dei noverunt, per quod facta sunt omnia, etiam in seipsa dico longe aliter notam eis esse quam nobis. Illis enim primordialiter, ut ita dicam, vel originaliter, sicut eam Deus primitus condidit et post eam conditionem a suis operibus requievit, non condendo aliquid amplius : nobis autem secundum rerum antea conditarum administrationem, jam per ordines temporum, secundum quam Deus jam illis rebus per senariam perfectionem consummatis, usque modo operatur.

Causaliter ergo tunc dictum est produxisse terram herbam et lignum, id est producendi accepisse virtutem. In ea quippe jam tamquam in radicibus, ut ita dixerim, temporum facta erant, quae per tempora futura erant. Nam utique postea plantavit Deus paradisum juxta Orientem, et eiecit ibi de terra omne lignum speciosum ad adspectum, et bonum ad escam: nec tamen dicendum est, eum aliquid tunc addidisse creaturae, quod ante non fecerat, quod velut illi perfectioni, qua omnia bona valde sexto die consummavit, post esset addendum : sed quia jam omnes naturae fruticum atque lignorum in prima conditione factae fuerant, a qua conditione Deus requievit, movens deinde administransque per temporales cursus illa ipsa quae condidit, et a quibus conditis requievit, non solum tunc plantavit paradisum, sed etiam nunc omnia quae nascuntur. Quis enim alius etiam nunc ista creat, nisi qui usque nunc operatur ? Sed creat haec modo ex iis quae jam sunt : tunc autem ab illo, cum omnino nulla essent, creata sunt, cum factus est dies ille, qui etiam ipse omnino non erat, spiritalis videlicet atque intellectualis creatura." (Lib. V. c. IV.)

60 "Omnis iste naturae usitatissimus cursus habet quasdam naturales leges suas, secundum quas et spiritus vitae, qui creatura est, habet quosdam appetitus suos determinatos quodammodo, quos etiam mala voluntas non possit excedere. Et elementa mundi hujus corporei habent definitam vim qualitatemque suam, quid unumquodque valeat vel non valeat, quid de quo fieri possit vel non possit. Ex his velut primordiis rerum, omnia quae gignuntur, suo quoque tempore exortus processusque sumunt, finesque et decessiones sui cujusque generis. Unde fit ut de grano tritici non nascatur faba, vel de faba triticum, vel de pecore homo, vel de homine pecus. Super hunc autem motum cursumque rerum naturalem, potestas Creatoris habet apud se posse de his omnibus facere aliud, quam eorum quasi seminales rationes habent, non tamen id, quod non in eis posuit ut de his fieri vel ab ipso possit. Neque enim potentia temeraria, sed sapientiae virtute omnipotens est: et hoc de unaquaque re in tempore suo facit, quod ante in ea fecit ut possit. Alius ergo est rerum modus, quo illa herba sic germinat, illa sic; illa aetas parit, illa non parit; homo loqui potest, pecus non potest. Horum et talium modorum rationes, non tantum in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditae atque concretae. Ut autem lignum de terra excisum, aridum, perpolitum, sine radice ulla, sine terra et aqua repente floreat, et fructum gignat, ut per juventam sterilis fomina, in senecta pariat, ut asina loquatur, et si quid ejusmodi est, dedit quidam naturis, quas creavit, ut ex eis et haec fieri possent; (neque enim ex eis vel illo faceret, quod ex eis fieri non posse ipso praefigeret, quoniam se ipso non est nec ipse potentior) : verumtamen alio modo dedit, ut non haec haberent in motu naturali, sed in eo quo ita creata essent ut eorum natura voluntati potentiori amplius subjaceret." (Lib. IX. c.17 (n.32),)

70 "Nonnulla etiam de quibusdam minutissimis animalibus quaestio est, utrum in primis rerum conditionibus creata sint, an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus? Nam pleraque eorum aut de vivorum corporum vitiis, vel purgamentis, exhalationibus, aut cadaverum tabe gignuntur; quaedam etiam de corruptione lignorum et herbarum, quaedam de corruptionibus fructuum : quorum omnium non possumus recte dicere Deum non esse creatorem. Inest enim omnibus quoddam naturae sui generis decus, sic ut in his major sit admiratio bene considerantis, et laus uberior omnipotentis artificis: qui omnia in sapientia fecit, quae a fine usque ad finem pertendens, et suaviter cuncta disponens, nec ea ipsa rerum novissima quae pro sui generis ordine dissolvuntur, et quarum dissolutionem ex poena nostrae mortalitatis horremus, relinquit informia : sed creat minima corpore, acuta sensu, animantia; ut majore adtentione stupeamus agilitatem muscae volantis, quam magnitudinem jumenti gradientis ampliusque miremur opera formicularum, quam onera camelorum.

Sed utrum in primis, ut dixi, rerum conditionibus, quae isto sec die-rum ordine creatae narrantur, haec quoque minima instituta credamus, an postea consequentibus corruptibilium corporum solutionibus, hoc quaeritur. Et potest quidem dici ea minutissima, quae ex aquis vel terris oriuntur, tunc creata: in quibus etiam illa non absurde intelliguntur, quae nascuntur ex iis quae terra germinante orta sunt; et quia praecesserant conditionem, non solum animalium, sed etiam luminarium; et qui terrae continuantur per radicum connexionem, unde illo die quo apparuit arida, exorta sunt, ut potius ad supplementum habitationis, quam ad numerum habitatorum pertinere intelligantur. Cetera vero quae de animalium gignuntur corporibus, et maxime mortuorum, absurdissimum est dicere tunc creata, cum animalia ipsa creata sunt : nisi quia inerant jam omnibus anima-

tis corporibus vis quaedam naturalis, et quasi praeseminata et quodammodo licitata primordia futurorum animalium, quae de corruptionibus talium corporum pro suo quaeque genere ac differentiis erant exertura, per administrationem ineffabilem omnia movente incommutabili Creatore." (Lib. III. c. 14.)

D.- De hac Augustini doctrina P. Gardeil (La structure de l'âme, T. 1, p. 156 et sv.) haec habet:

" Dans le commentaire sur la Genèse qu'il intitule *a d l i t t e - r a m*, ce qui est quelque peu le flatter, Saint Augustin suggère d'abord, pour finalement admettre que, tant la nature spirituelle (le caelum de la Genèse, I. 1), que la nature corporelle (le terram de la Genèse, ibd.), ont été créés, *i n p r i n c i p i o*, dans un état informe. Cette création en bloc précède les six jours, non dans le temps, mais causalement, origine non tempore. C'est elle qui serait signifiée par ces mots : *In principio Deus creavit caelum et terram.*

" Quant aux six jours, qui n'en sont qu'un au point de vue du temps, ils rapportent, non la création, mais la *f o r m a t i o n* de la nature informe par les Idées divines et figurent les phases de cette formation, telles qu'elles sont apparues aux anges, formés, dès le début du premier jour, par lo *Fiat lux*. Aucun intervalle de temps d'ailleurs, entre création et formation: il ne s'agit que de priorité causale.

" Cette interprétation étrange ne s'explique que par une sorte de résidu de doctrine platonicienne que Saint Augustin n'est jamais parvenu à réduire, et qu'il s'est contenté d'interpréter selon les exigences de sa foi chrétienne. (Augustinus autem Platonem secutus quantum fides patiebatur. Saint Thomas, *De Spir. Creat.*, a. 10, ad 8^m. Sur la fin de sa vie, sans renier ses théories, saint Augustin est devenu bien plus positif, objectif et purement chrétien dans l'interprétation de l'Ecriture.)

" La théorie platonicienne de la participation des Formes séparées ou Idées, nécessaires pour que les choses existent dans leurs natures et soient connues, ne se comprend que si l'on suppose en face des Idées une matière à informer. Cette matière était, pour Platon éternelle; et la création dès lors réduite à sa formation par les Idées. Saint Augustin entreprend de faire rentrer ce système dans le moule catholique. Pour cela il professe d'abord que la matière de toutes choses, y compris la matière des esprits, est créée par Dieu : cette première création, *i n p r i n c i p i o* lui donne le sujet à informer par les Idées. Mais ces Idées, et c'est sa seconde correction, ne sont pas des Idées subsistantes par soi, ce sont les Idées de Dieu. De ce fait, création informe et formation de cette matière par les Idées, étant simultanées, constituent une équivalence de la création totale. Il est clair qu'il y a là une complication et que cette complication tient au système conservé. Saint Thomas en débarrassera pour toujours la métaphysique, en mettant, au-dessus du schème platonicien de la *P a r t i c i p a t i o n d e s I d é e s*, le point de vue de ceux : *q u i o r e x e r u n t s e a d c o n s i d e r a n d u m e n s i n q u a n t u m e n s , e t c o n s i d e r a v e r u n t c a u s a m e n t i u m , n o n s o l u m s e c u n d u m q u o d s u n t h a e c v e l t a l i a , s e d s e c u n d u m q u o d s u n t e n t i a . . . s e c u n d u m o m n e i l l u d q u o d p o r t i n o t a d e s s e e o r u m q u o c u m q u e m o d o .* (*Summa Theol.*, I. P., Q. XLIV., a. 2 ...) Ces derniers mots désignent sans ambages la matière première elle-même. Regardant ainsi le bloc, *e n - t i a i n q u a n t u m e n t i a*, et non plus les espèces, comme le terme formel d'un acte créateur unique, saint Thomas a coupé court à ces complications qui ont littéralement *t o r t u r é*, on va s'en apercevoir, l'intelligence d'Augustin."

E.- Fundamentum doctrinae S. Augustini quantum ad hoc ipsum quod a P. Gardeil reprohenditur sumi potest ex D. Thomae textu a Gardeil contra platonicos citato, scil. Ia, q. 44., a.2., c.: "Et ulterius aliqui erexerunt se ad..." Causalitas ergo divina universalissima ad omnia se extendit omnemque causalitatem praecedit, omnia causans per intellectum ex intentione et fine operando. Unde exemplar est et finis totius creationis, ut in duobus articulis immediate sequentibus (aa. 3 et 4) ostenditur.

1. In a 3. notandum " quod ad productionem alicujus rei ideo necessarium est exemplar, ut effectus determinatam formam consequatur: artifex enim producit determinatam formam in materia, propter exemplar ad quod inspicit, sive illud sit exemplar ad quod extra intuetur, sive sit exemplar interius mente conceptum. Manifestum est autem quod ea quae naturaliter fiunt, determinatas formas consequuntur. Haec autem formarum determinatio oportet quod reducat, sicut in primum principium, in divinam sapientiam, quae ordinem universi excogitavit, qui in rerum distinctione consistit. Et ideo oportet dicere quod in divina sapientia sunt rationes omnium rerum : quas supra (qu. 15, art. I) diximus ideas, id est formas exemplares in monte divina existentes. Quae licet multiplicentur secundum respectum ad res, non sunt tamen realiter aliud a divina essentia, prout ejus similitudo diversimode a diversis participari potest. Sic igitur ipse Deus est primum exemplar omnium." Istae vero ideae, seu rationes omnium rerum seu formae exemplares in sapientia divina quae ordinem universi excogitavit, relate ad ipsas res, rationes sunt ideales et formae tantum extrinsecae.

2. In a. sequenti(4) demonstratur quod divina bonitas sit finis rerum propter quem agunt. — Circa hoc vero considerandum est quod finis est causa causarum. Unde res ex fine habent quod possint agere propter finem. Res autem non agunt propter finem nisi quatenus ordinem habent ad finem quem appetunt : non enim appetunt determinatum finem nisi quatenus determinatam proportionem habent ad finem, alioquin ex actione agentis non magis sequeretur hoc quam illud, nisi a casu. Ista vero proportio quae inest agenti propter finem, nihil aliud est quam ratio quaedam ei insita qua primo convertitur in finem. Et ideo, relate ad Deum, causam universalissimam entium secundum omne illud quod pertinet ad esse illorum quocumque modo, inest rebus omnibus proportio quaedam quam habent ex hoc quod ordinantur in Deum sicut in ultimum finem certissimum, et ex qua habent quod agant propter finem determinatissimum a Deo intentum.

3. Ex his intelligi possunt verba Augustini : " Consummasse quippe ista intelligimus Deum, cum creavit omnia simul ita perfecte, ut nihil ei adhuc in ordine temporum creandum esset, quod non hic ab eo jam in ordine causarum creatum esset, inchoasse autem, ut quod hic praefixerat causis, post impleret effectis." (VI, 11) Nam proportio illa quae est ratio quaedam rebus insita qua agunt propter finem a Deo intentum, inest rebus ab initio existentibus secundum tempus, ita ut in illis quodammodo precontineantur virtute proportionis omnia quae per saecula futura sunt et secundum tempus surrectura. Et hoc ostendi potest ex unitate universi. Nam ut supra ostensum est, totus universus unus est unitate ordinis, et bonum quod inest ei ut forma perfectissima, est bonum ordinis. Hoc autem bonum est propter bonum separatum quod est Deus. Et sic bonum separatum est causa bonitatis universi quae in ordine partium consistit; et hoc bonum ordinis est causa partium quae ex hoc bono adinvicem ordinantur; et ex hoc ordine quem habent partes

